



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

740. An, & qualiter in ordine ad devolutionem probanda sit scientia negligentis conferre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)



dere. Laym. in cap. cum in cunctis, de elect. §. Clerici sane, num. 9. Castrop. loc. cit. num. 5. Garc. loc. cit. num. 2. citans Zech. de benef. c. 5. n. 5. Coraf. & Rotam in Toletana portionis. 9. Decembr. 1591. Tertio: quod & qualiter ob appellationem fiat devolutio, dictum est supra, ubi de devolutione institutionis.

*Quaestio 740. An, & qualiter dicta negligentia sit probanda?*

**R**espondeo: haec negligentia omnino probanda est, iustificando nimirum, collatorem illum potuisse, & nihilominus noluisse conferre. Lott. l. 2. q. 24. a. num. 6. citans Mascard. de prob. conclus. 1093. n. 5. quamvis autem ex suppositione potestatis facile sit inferre nolitionem conferendi, illud ipsum tamen suppositum potestatis est difficultis probationis; cum haec supponat vacationem & scientiam vacationis in collatore. Lott. a. n. 9. ac proinde ante omnia probanda est non tantum vacatio de jure, sed de jure simul & de facto; quamdiu enim beneficium plenum est, regulariter non currit tempus collatori. Lott. n. 11. qualiter autem probetur vacatio per obitum, vide Lott. l. 3. q. 10. per tot. Insuper probanda hujus vacationis scientia in collatore, c. 3. de suppl. negl. pral. ca quia diversitatem, de concess. prab. Tond. loc. cit. n. 9. Lott. num. 12. & quidem certa, non autem interpretativa. Lott. num. 13. Barb. juris Eccl. l. 3. c. 12. n. 166. Tond. loc. cit. n. 10. quod tamen ita intelligendum censet Lott. n. 14. ut certitudo illa referenda sit ad factum, ex quo scientia deducitur; cum scientia regulariter conjecturis & praesumptionibus iustificetur. Lott. n. 14. citans pro hoc Menoch. conf. 89. n. 17. Paris. conf. 100. n. 88. volum. 1. Surdum decis. 221. n. 10. & 6. etiam ad effectum incurrendi poenam, non tamen corporale. Lott. n. 15. ex Beroio. conf. 183. n. 10. vol. 3. & aliis relatis à Surdo loc. cit. subditque Lott. n. 16. hinc tenere Rotam, in hac materia sufficere scientiam verisimilem, & tempus currere non tantum ex die, quo probatur, collatorem verè & certo scivisse, sed etiam ex die, quo potuit id verisimiliter scire; citat pro hoc Bisignet. decis. 7. num. 3. & 4. de prab. Adeoque semper expendendum, an collator habuerit justam causam ignorandi vel dubitandi; dum enim pender illa probabilis haeratio, ut in casu famae minus constantis, non potest de negligentia notari. Lott. n. 17. citans Verall. decis. 241. p. 2. Papazon. Ait nihilominus Tond. loc. cit. n. 10. placere sibi magis sententia, qua tenet, quod scientia debet probari certa, & per probationes concludentes; eò quod agatur de auferendo jure collatoribus ordinariis competente; per quod tamen ait, se nolle excludere probationes praesumptivas, quae tales esse possunt, ut vim concludentis probationis haberent, & pro talibus apud iudicem, apud quem probationes sunt arbitrariae, illas habendas esse, pro sua religione iudicaret: v. g. si ageretur de beneficio vacante per obitum alicujus personae notabilis, cujus ignorantia in collatore ordinario probabilis non esset. Datà jam scientià vix erit, ut excusari possit à negligentia ob impedimentum aliquod incidens. Lott. num. 18. Sed de hoc paulò post.

2. Quòd autem attinet ad alterum, nempe defectum voluntatis, seu omissionis providendi probandum, cum non agatur de negligentia facti, nimirum factae collationis pure & simpliciter, sed de circumscripta ex tempore dato ad conferendum,

P. Leuren, Fori Benef. Tom. II.

haec negligentia probanda est per ipsum impetrantem: neque sufficere simplex ejus deductio per Gl. communiter receptam in c. bona memoria. extra. de elect. ita ut, quando alia desunt, recurrendum sit ad diligentiam in regestis, in quibus consueverunt registrari hujusmodi collationes factae. Lott. num. 28. & 29. qui tamen subdit n. 30. videri sibi hoc intelligendum, dum nullus exstaret possessor tempore impetrationis; eò quod putet, in hoc casu impetrantem, etiamsi superveniret ex post contraditor aliquis, habere intentionem fundatam in negativa factae collationis propter concursum praesumptionis; cum non sit verisimile, quòd, si beneficium collatum fuisset, non etiam fuisset ejus possessio apprehensa, vel saltem titulus ostensus: eò quòd in concursu praesumptionis relevetur quis ab onere probandi negativam, ubi alias ea probari deberet, dixisse Rotam decis. 15. de prob. in novis.

*Quaestio 741. Qualiter impediatur devolutio, stante scientià vacationis, & impedimentum probandum?*

**R**espondeo primò: impedimentum, sive facti sive juris, etiam causatum ex propria culpa, excusat à negligentia, ut in terminis devolutionis est textus in cap. quia diversitatem, de concess. prab. & tradit Rebuff. Et in specie de impedimento proveniente ab excommunicatione, lite, aut aliunde. Guet. qq. can. l. 1. c. 28. n. 1. & 13. apud Lott. cit. q. 24. num. 18. & 19. quod tamen sic limitandum: nisi vel culpa sit ordinata ad ipsum impedimentum; vel nisi impedimentum sit procuratum, vel nisi sit impedimentum, quòd facile tolli potuisset. Lott. num. 20. & 21. Unde qui ad excusandam negligentiam, & evitandam poenam devolutionis praetendit impedimentum, debet illud probare; cum alias non praesumatur. Lott. num. 22. citans Aymon. conf. 270. n. 2. debet item iustificare, quòd impedimentum non fuerit de facili removibile ex quantacunque sua diligentia. Dato enim, esse ex natura rei removibile, tenetur probare se adhibuisse omnem diligentiam, faciendo, quod in se fuit pro illo removendo, nec id assequi potuisse. Lott. n. 23. citans Gloss. in cap. quia diversitatem, v. suspensionis, Surdum conf. 369. n. 42. Seraph. & c. nisi forte notorium esset omnem diligentiam fuisse inanem & frustra. Lott. num. 24. citans Felin. in c. ex transmissa. n. 6. de praescript. Hinc pro cautela protestabitur talis impeditus, quòd tamen non semper ad solam cautelam & simplex consilium, sed ad necessitatem multoties est referendum. Lott. n. 26. ex Felin. ubi ante. n. 6. & 7.

*Quaestio 742. A quo tempore fiat devolutio?*

**R**espondeo: evoluto Semestri dato ad conferendum, vel ad praesentandum patrono Ecclesiastico, vel quadrimestri dato ad praesentandum patrono laico. Bassa: rom. 2. v. beneficium. §. 4. n. 10. computando, non à die vacationis, sed à die scientiæ; cum nulla ei imputari possit negligentia, antequam scivit, beneficium esse vacans. Tond. loc. cit. n. 9. citans Mantica. decis. 260. n. 2. & 3. Burata decis. 18. n. 12. juxta c. 3. de suppl. negl. pral. ubi id expressè dicitur. Qualis autem sufficiat scientia, verisimilis, an verè certa requiratur, dictum paulò ante & aliàs. Tradit tamen etiam Paris. de resign. l. 11. q. 2. n. 6. quòd hi, in quorum manibus extra Curiam resignantur beneficia, debeant admittitè

Et;

vel